

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1644. usque ad annum 1651

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1779**

**VD18 90119177**

§. 22. Hæc seditio feliciter sedata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67359](#)

reliquus vero truncus a scurris per pla- Sæc. XVII.  
teas palam raptatus, diu spectaculo A.C. 1647.  
ac ludibrio expositus fuit.

### §. XXII.

#### *Hæc seditio fel:citer sedata.*

Trucidato licet seditionis principe, *Bougeant*  
nondum tamen populus ad obse- *i. c.*  
qui revocari poterat; cum enim  
Prorex intempestivo ardore in reos in-  
quireret, & Joannes Austriacus nothus  
Hispani Regis Filius cum valida classe  
& milite urbem cingeret, seditioni Fran-  
ciscum Taraltum in rebellionis Ducem  
elegerunt, quem tamen paucis post die-  
bus de Hispanorum favore suspectum  
capite plectebant, eique Januarium  
Annesium, juvenem prædæ cupidum,  
protervum, nullius fidei, nulliusque  
honestatis hominem subrogabant. Hoc  
ductore animati rebelles, non modo Hi-  
spanorum impetus eluserunt, urbisque  
portus, trucidatis magno numero Re-  
giis militibus, in sua potestate retinue-  
runt, sed insuper missis Romam Depu-  
tatis Henricum Guisii Principem, qui  
ibidem sui connubii divertium cum Co-  
mitissa de Bossu promoturus hæserat,  
in patriæ suæ opem evocarunt. Hic  
vero Neapolitanum diadema spe sua  
devorans, delatum patrocinium acce-  
ptat,

Sæc. XVII ptat, collatisque consiliis cum Fonta-  
A. C. 1647. naio Marchione Gallico Oratore, datis  
literis Mazarino Cardinali oblatæ felicitatis seriem exposuit, declarans, quod Neapolitanum Regnum in Rempubli-  
cam sub Franciæ Regis protectione e-  
rigi, eique Guisius cum eadem, qua Arausionensis Princeps Hollandis præ-  
est, auctoritate præfici posset. Interea  
vero Guisius exili scaphæ se commit-  
tens, per mille pericula, ipsamque His-  
panorum classem feliciter Neapolin ad-  
venit, a seditiosis ingenti applausu ex-  
ceptus: cum autem Gallica classis ni-  
nis sero adventaret, Joannes Austria-  
cus temporis opportunitate utendum  
ratus, habitis cum novo Prorege Co-  
mite de Ognato consiliis, clam non  
paucos e populo in suas partes pertra-  
xit; conspirabat etiam ipsemet Anne-  
sius, cuius opera accidit, ut cum die  
sexta Aprilis summo mane Hispani-  
munitiones aggrederentur, eas de-  
fensoribus suis destitutas nullo negotio  
occuparent, turrimque maritimam,  
quam Annesius sponte tradiderat, te-  
nerent. Tum vero festiva audiebatur  
conclamatio, & rebelles inopina hac  
mutatione territi pariter exclamabant:  
*Vivat Hispania, ac sensim subeunte belli*  
*civilis tædio nobilibus cum plebe con-*  
*ciliatis pax, amor, & obsequium erga*  
Regem

Regem rediit, ac potissimi data venia Sæc. XVII.  
seditionem detestantes, receptique in A.C. 1647.  
gratiam ad quietem fese composuere.  
pertinaces vero ad supplicia raptati, ac  
ipsem Annesius ob alia crimina sævio-  
res poenas luit, cadavere per plateas  
raptato. Guisius vero se multitudinis  
levitate deceptum sentiens, suæ secu-  
ritati consulere studuit, ac nonnisi sex  
domesticis stipatus, Beneventum con-  
tendit, ubi tamen a Comite Tuttevilla  
captus, Cajetam, inde vero in Hispa-  
niam deductus est.

§. XXIII.

*Infesta Gallorum sors contra Hispa-  
nos in Catalonia.*

Cum haec tenus Harcourtum in Hispania felicem fortuna destituisset, in <sup>Jæger. Hist.</sup> Eccl. 1.7.  
eius locum subrogabatur Anguinius, <sup>cap. 4.</sup> qui defuncto Parente suo Condæi Du-  
cis titulum assumpserat, perinde ac si  
solo tam celebris Archistrategi nomine  
cuncta debellaturus esset. Verum non  
minus novercantem sortem experieba-  
tur Condæus; incassum enim per in-  
tegros quinque Menses Ilerdam in Ca-  
talonia obsedit, eique superveniens cum  
viginti armatorum millibus Marchio  
Leganesius, non modo eripuit gloriam  
tot antea victoriis partam, sed & tor-  
menta